

*Handwritten text in a medieval Gothic script, heavily obscured by dark staining and fading. Some legible words include:*

... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...

*Small circular stamp or mark with illegible text, possibly a library or ownership mark.*

*Handwritten text in a medieval Gothic script, heavily obscured by dark staining and fading. Some legible words include:*

... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...  
... *die* ... *die* ... *die* ...



TOMUS XXXIV.  
MISCELLANEOUM.

~~G. V. f.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-45.

SIGNAT. MDCCCXIII.

6 b. 11.


DE NECESSITATE  
ET DEFINITIONE  
BONORVM OPERVM

THESES:

De quibus Deo volente, Calend. Decemb.  
in auditorio Theologico, horis  
matutinis;

PRÆSIDE CLARISS. VIRO,  
IACOBO KIMEDONCIO, S.  
Theol. D. & Professore.

Pro ingenij viribus respondebit,  
IACOBVS MEDOVSIUS  
ANGLO-CESTRENSIS.



D. Paulus ad Tit: 3.

*Discant autem & nostri bona opera tueri ad  
necessarios usus, ut non sint infrugiferi.*



HEIDELBERGÆ,  
Apud Abrahamum Smesmannum.  
ANNO MD. CIII.



50

DE. NECESSITATE  
 ET DELIBERATIONE  
 HONORVM QVORVM  
 TRACTATVS  
 DE. NECESSITATE  
 ET DELIBERATIONE  
 HONORVM QVORVM  
 TRACTATVS  
 DE. NECESSITATE  
 ET DELIBERATIONE  
 HONORVM QVORVM  
 TRACTATVS





DE NECESSITATE  
ET DEFINITIONE BO-  
NORVM OPERVM.

THESIS PRIMA.



OLA fides, aut fidei potius iactantia, ad veram Christianismi rationem minimè sufficit, sed necessaria sunt & bona opera: dicente Domino, *Non quisquis dixerit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem eius qui misit me, patris.* Matth. 7.

II.

Necessitatis illius causæ permultæ sunt; & Deum & nos ipsos, & proximum nostrorum considerando.

III.

Quod ad Deum, necessaria sunt bona opera ob mandata quæ dedit nobis. Nam hæc est voluntas Dei, sanctificatio nostra: vt desistentes à malo faciamus bonum, & deposito homine vetere induamus nouum illum, qui secundum Deum conditus est, ad iustitiam & sanctimoniam veram. 1. Theff. 4. Ies. 1. Psal. 37. Eph. 4. Col. 3.

IV.

Gloriæ quoque Dei interest nos bonis operibus studere: quia recta & laudabili conuersatione fidelium, nomen ipsius à nobis & per nos sanctificatur: sicut è contrario sanctissimum Dei nomen infidelibus blasphemandum exponunt, qui Deum profitentur se scire, factis verò negant. Matth. 5. Rom 2. Ies. 52. Ezech. 36.

V.

Sed & gratitudinis nomine pro tot acceptis beneficiis, quorum non est numerus, debitores Deo sumus vt iustitiæ seruiamus. *Bos possessorem suum, & asinus presepe Domini sui nouit, clamat Iesaias.* Quanto magis nos decet Dominum Deum no-

Pf. 8. strum agnoscere & colere, qui oues & boues & omnia pedibus nostris subiecit?

V I.

Rom. 5. & 8. P. et. 3. & 2. In primis verò ad sectandam innocentiam singulari incitamento est summa atque ineffabilis Dei caritas erga nos, quòd cum adhuc inimici essemus proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum; iustum pro iniustis, vt peccatis mortui iustitiæ viueremus. De quo D. Paulus præclare in hæc verba scriptum reliquit Tit. 2. *Fluxit gratia illa Dei salutifera omnibus hominibus: erudiens nos vt abnegata impietate & mundanis cupiditatibus, temperanter & iuste & pie viuamus in presenti seculo, exspectantes beatam illam spem, &c.*

V II.

Deut 32. Nefarius itaque error & detestanda ingratitude atq; amētia est eorum qui doctrinā gratiæ ad licentiam carnis abuti su stinent. *Numquid Domino retribuitis istud generatio stulta & insipiens?*

V III.

Iac. 2. Luc. 6. 44. Quod ad nos, necessaria sunt bona opera quòd ex iis de sua quisque fide certiores reddamur: quippe fides sine operibus mortua est, & ex fructibus arbor dignoscitur.

V IX.

a Eph 5. 1. b 1. Th. 5. Eph 4. Rom. 12. c 2. Tim. 2. d Col 3. e Rom. 8. Tum vt vocatione nostra dignè viuamus: non vt insipientes, sed vt sapientes & intelligentes quæ sit voluntas Domini: vt filij lucis & diei: vt milites Christi: vt electi Dei, sancti & delecti, imò vt filij & hæredes Dei, cohæredes autem Christi. Tot tantaque elegia fidelium, quibus gratiâ Dei ab infidelibus discernimur, sanctam omnino vitam, sanctos mores postulant.

X.

1. Tim. 4. 2. Cor. 5. Rom. 2. Accedunt rectè factorum pramia, præsentis & futuræ vitæ: & peccatorum pœnæ. Omnes enim sistemur coram iusto iudice, qui reddet cuique secundum opera: Gloriam, honorem & immortalitatem operanti bonum; iram verò, oppressionem & angustiam operanti iniquitatem.

X I.

Quòd ad proximum porrò attinet, requiruntur bona opera vt

III  
ra vt nostro exemplo & conuersatione alios Christo lucrificamus: & quantum in nobis est, profimus omnibus, obsumus nemini: prout hominum confociatio & sanctorum communitio flagitant.

### XII.

Quæ cum ita sentiamus & doceamus ex verbo Dei, iniurij ecclesijs nostris sunt Pontificij, qui fingunt nos operum necessitatem negare, atque existimare posse hominem saluari etiam si nulla bona opera faciat, nec mandata diuina custodiat, dummodo fidei particeps sit.

### XIII.

Stolidissimæ calumniæ contra nos ansam arripuerunt ex eo quod secundum scripturas docemus hominem iustificari per fidem sine operibus. Nec mirum. Nam & Apostolorum temporibus multi non intelligentes, quod ait Apostolus Paulus: *Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus*, putauerunt eum dicere, sufficere homini fidem etiam si male uiuat & bona opera non habeat. Quod absit vt vas electionis fenserit, aut nos sentiamus. Fallacia est consequentis: quia non sequitur, iustificamur fide, absque operibus: Ergo opera negligi aut omitti possunt.

### XIV.

Simonis Magi peruersitas ista fuit. Is suos docebat legis minas non pertinere, sed tanquam liberos facere quæ uellent: per gratiam enim, non per bonas actiones salutem esse. Testis Theodoretus de hæreticis fabulis.

### XV.

Et Irenæo referente Valentiniani sese appellantes Spirituales, alios Animales, gloriabantur se etiam citra conuersationem bonam seruari, tanquam aurum in cæno; eoque sine metu opera carnis patrabant.

### XVI.

De Eunomio quoq; Arriano fertur, quod docuerit omnes fore saluos, etiam graui peccata perpetrantes & in iis perseverantes, dummodo fidem quam ipse docebat tenerent. Sed nos profanitatem istam cum autoribus suis reuicimus & damnamus.

A iij Quæ-

## XVII.

Quæritur quænam sint bona opera. Tantum ea quæ secundum legem Dei ex vera fide fiunt, & ad solius Dei gloriam referuntur.

## XVIII.

Rom. 12.  
Deut. 12. v.  
8. & 32.

Secundum legem Dei: quia norma & amissa omnis rectæ actionis est voluntas illa Dei bona, sancta & accepta: sicut scriptum est, *Non facietis singuli quicquid rectum est in oculis vestris: sed quicquid ego precipio vobis custodietis ut faciatis. Non addes ad illud, neque diminues ex eo.*

## XIX.

Ier. 46. v. 10.

Loquimur de voluntate Dei parefacta, ad differentiam arcanae illius, quæ nihil aliud est quàm absconditum Dei consilium de omnium in cælo & in terra gubernatione: quæ voluntas adoranda nobis est, non scrutanda.

## XX.

Gen. 22.  
Exod. 11. &  
12.

Et patescit quidem illa, vel naturaliter vel supernaturaliter; id quæ reuelatione vel generali vel particulari: sicut peculiari mandato ducebatur Abraham in immolatione Isaac, & Israëlitæ in spoliatione Ægyptiorum, & multi prophetae & iusti multa fecerunt extraordinario instinctu.

## XXI.

Ier. 29.  
Matth. 15.  
Ezech. 20.

Refelluntur hac prima conditione bonorum operum, qui consuetudinem maiorumve traditionem, aut consensum multitudinis & alia huiusmodi legem putant viuendi. *Sed frustra me colunt docentes doctrinas & mandata hominum, dicit Dominus per Iesaiam. Et per Ezechiel. In preceptis patrum vestrorum ne incedatis, & iudicia ipsorum ne custodiatis. Ego Dominus Deus vester. In preceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea.*

## XXII.

Ier. 1.

Ita corruunt Missæ, peregrinationes, inuocatio sanctorum, statuae & earundem cultus, delectus ciborum, cælibatus sacerdotum, & alia innumera in cultu papistico, quæ meræ sunt ἐθελοθρησκείαι & superstitiones, ne quid dicamus grauius. Quis enim requisivit ista de manibus nostris?

Ex



XXIII.

Ex fide autem opera proficiantur necesse est vt in bonis habeantur, siquidem fide demum corda purificantur. Ex impuro autem corde nil nisi impurum prodire potest. Et suffragatur Apostoli dictum, *sine fide impossibile esse Deo placere.* Act. 15.  
Heb. 11.

XXIV.

Hinc preces & sacrificia infidelium abominatio sunt Domino; ob conuersionis & fidei in ipsis defectum: quia Dominus intuetur cor, & non tam factorum exitu quam ex mentis habitu iustum metitur, idem mentis & facti arbiter, vt est apud Ambrosium. In Lucam,  
de parent.  
Baptistæ.

XXV.

Eademque ratione non renatorum virtutes, quæ dici solent, virtutum duntaxat simulacra potius sunt quam veræ virtutes. Certè Augustinus *de ciu. Dei lib. 5. cap. 19.* contendit, neminem sine vera pietate (id est, veri Dei vero cultu) veram posse habere virtutem. Et Lactantius iustitiam sine agnitione Dei similem facit corpori caput non habenti, in quo licet membra stent locis suis, suaque figura, sensu tamen & vitæ carent. lib. 6. cap. 9.

XXVI.

Ceterum quoniam recti finis est vt Deo seruiamus, ipsiusque gloriam illustremus, consequens est etiam speciosissima opera, si diuerso fine fiant, & ad humanam gloriam cupiditatem referantur, in peccatis ponenda: id quod eleemosynæ, precum atque ieiunij exemplis Christus manifestat, Matt. 6.

XXVII.

Vbi tamen distinguendum inter peccata per se & per accidens. Per se quidem peccata sunt, quæcunq; simpliciter & suo genere à Deo prohibita sunt. Per accidens autem, quæ concessa, vel etiam mandata lege Dei, eoque recta sunt per se, sed quia non rectè fiunt, hominum vitio coinquinantur: quando nimirum ex fide non fiunt, vel ad Dei solius gloriam non referuntur.

F I N I S.



XXIII

Et sic sunt...

XXIV

Hinc patet...

XXV

Ad hoc...

XXVI

Contra...

XXVII

Unde...

XXVIII



Umg. VI 45


ULB Halle 3  
002 379 767



s. b.

WDA





... d. ...  
... d. ...

... d. ...  
... d. ...

... d. ...  
... d. ...  
... d. ...

... d. ...  
... d. ...  
... d. ...

... d. ...  
... d. ...  
... d. ...

... d. ...  
... d. ...  
... d. ...

... d. ...  
... d. ...  
... d. ...

... d. ...  
... d. ...  
... d. ...



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black


DE NECESSITATE  
ET DEFINITIONE  
BONORVM OPERVM

THESES:

De quibus Deo volente, Calend. Decemb.  
in auditorio Theologico, horis  
matutinis;

PRÆSIDE CLARISS. VIRO,  
IACOBO KIMEDONCIO, S.  
*Theol. D. & Professore.*

Pro ingenij viribus respondebit,  
IACOBVS MEDOVSIUS  
ANGLO-CESTRENSIS.



D. Paulus ad Tit. 3.

*Discant autem & nostri bona opera tueri ad  
necessarios vsus, ut non sint infrugiferi.*



HEIDELBERGÆ,  
Apud Abrahamum Smesmannum.  
ANNO MD. IJ. XCIII.

20

